Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Bibliothèque électronique suisse

Nr. 3 f.1

# Dyalogus Luciani philo-ſophi quomodo ſolꝰ nudus

per acheronta tranſuehi poteſt vna cū contentione tri-um ſummorum ducum de artis imperatoria preſiden-cia apud inferos ſub Minone iudice.

ZENTRALBIBLIOTHEK ZÜRICH

# Dyalogꝰ Luciani ꝑ Ariſpā de greco in latinū tranſlatus de Carone inferorum nauta incipit feliciter:

s

Sepe ac multū ea mente cogitaui: que cladis tēpore de morte funerali: deqꝫ pompa contēnendo grauiter: ac ſapienter ſolitus es mecū diſſerere. que cum elegātia atqꝫ copia tum diſſerendi ſubtilitate litteris decreuerā: niſi famoſſimi quondā. facundiſſimiqꝫ grecorū luciani nobis iocundū occurriſſet opuſculū. qđ cum legerem tuarū cōmemor diſceptationū: tuo nomie latinū feci gratū tibi futurū exiſtimās. qꝛ apud eundē lucianū non minus. q̄ꝫ apud teridicula: monſtruoſa iſta ſunt capita: que tanto mortis terrore afficiunt ſumma quamuis autoritate tu tuis opinionibꝰ ꝯfiteberis. verū ſi quid tua grauitate dignū per nos eduxerit gratia erit habenda Johanni Simoniaco protopape viro noſtre etatꝭ litteratiſſimo a quo magna induſtria: opa et diligentia derivatū eſt: quicquid grecorū litterarū ad nos effulſit. Sed hec in preſencia ſatis. audiamus ipſum Lucianum ſic dicentem.

# Caron nauta inferoꝝ loquitꝛ

a

Audite quo quidē pacto noſtra ſe negocia habeant. parua eni vt videtis nobis eſt nauicula rimiſqꝫ fatiſcit. ac fluctuū impulſione naufraga eſt. Vos vero ſimul nō nulli aduenitis plurima ſecū quiſqꝫ ferētes. Si vero his cum

rebus ſcaphã aſcendentes vereor poſtmodũ vos penitebit.
maximeq; quiſq; nare ignorabit. quo itaq; cõſilio tute naui-
gabimus ego vos docebo. Nudatos rerũq; omniũ vacuos
ingredi quoſcunq; oportet: cunctaq; ſupflua deponere. hoc
itaq; mõ noſtri capax vix erit nauicula Quare o mercuri hec
tibi de cetero ſit cura preter nudatos rerũq: omninoq; vacu
os neminẽ admittere, in iſto ſtans aditu pepli: aliaq; vti dix
imus facito quecunq; deponere. agnoſce: recipe ꝟ nudos in
gredi coge. Mer. pulchre dicis. equidẽ faxo. ſed quis hic ẽ pōr
Menipp⁹. Ego ſum menippus. ac vide o mercuri. perã: ac
baculũ proiecti palã: minimeq; detuli. Mer. aſcende quippe
hoim fortiſſime. primũq; locum apd nautã tene: quo omes
intueri valeas. Quis eſt iſte alter? Car. carmelius me garen-
ſis. amore ſemp perdito aſſectus. cui⁹ vnicũ oſculũ durũ to
lentũ fuit. Mer. iſta deſere: decorem labia oſcula comãq; per
plexam: oriſq; ruborem: ac vultus nitorẽ o faxtũ ingredere
iam. Sed quis eſt alter purpurea veſte, indutus? atq; caput
dyademate pcinct⁹. Lam. Ego ſum Lampicius. Mer. tot
tantaq; fers tecũ lampici? Lam. decet ne mercuri hominẽ re
gem nudũ aduenire. Mer. regẽ? minime. mortuũ vo potius.
his te exue. Lam. vt gaſaz abicio? Mer. et inſolentiã atq; ſeui
tiã abicias o lãpici: hoc eni ſua grauitate noſtrũ ſubmerget
phaſellũ. Lam. ſic faxo dyadẽa pcede: et regiã habere veſtẽ.
Mer. nequaq̃; etiã hec ptinue depone. Lam. Fiat. num vis
aliud? num vti vides rebus omibus ſum exutus. Mer. crude
litas temeritas, iniuria iracundia: aliaq; huiuſmõi ſunt des

ponenda. Cam. nudus iã nudus ſum. Mer. ergo aſcende. tu vero tã pinguis tanta carne ſuffultus? Da. damaſias achi- letes. Mer. videre videor te in paleſtris fore exercitatũ. Da. ſi me admitte nudũ aduenientẽ. Mer. nudus venis tanta car- ne refertus ea eſt deponenda. Nam vnico pede dũtaxat no ſtrum hoc ſubmergeres ſcaphadiũ hee quoqʒ coronationes preconiaqʒ ſunt abicienda. Da. pfecto nũc equidem ſum nu dus: et alijs par mortuis. Mer. ſic eſſe magis decet. ingrede- re iam. Et tu craton iſtas abice opes: luxuriã pariter: ꝛ mol liciẽ: tecum qʒ ne feres monimenta: ac tuorum auctoritatem maiorum deſere iterum et genus : et gloriam: tueqʒ liberali- tatis famam popularẽ per ſimulacra : atʒ epigramata. hec enim o craton ſunt qʒ grauiſſima . Cra. minime feram : cuncta equidem inuitus proh dij immortales quid ſumus iam perpeſſi. Mer. dij boni et tu his emicas armis? quid ti- bi vis. Miconius. quoniã mercuri ardua domi militieqʒ bel la geſſi quibus patrie profui. Mer. ama tropheum humi de- feras. Nam apud inferos oĩa ſunt ſumma pace compoſi ta. nihilqʒ his opus eſt armis: at vero quis iſte. ſub honeſta tis habitu ſupercilio elatus : tum quia onuſtus atʒ perplexa barbara ornatus : tum lento pede aduenit. Menippus qui- dam o mercuri philoſophus ymo magis prodigus: et ma- nitate refertus. quo circa iube eum ſpoliari o qʒ multa riden da: locabũdaqʒ videbis ſub illa veſtere condita. Mer. impri mis philoſophe hunc habitũ depone: tum et reliqua. proh iupiter quantam iactanciam: ac arrogantiam verbaqʒ fere

puloſa: labores vanos nugas ambages. atꝫ ora diſceptatio
num gratia ſecum tulit. q̄ꝫ primum exue te his metire ac po
tiſſimū arbitrare te eſſe ceteris equalem non triremis hec dū
taxat ferre valeret philoſophus exuam me a cunctis. Me. o
mercuri fac ei barbam abradi. Mer. Item depone barbam
philoſophe. Phi. quis eſt tonſor. Mer. en cape ſecuri menip
pe: atꝫ barbam philoſopho abrade Meni. ſerram potius cō
cede: vt res ſit ridiculoſa magis Mer. ſatis eſt ſecuris Num
barbam depoſuiſti Meni. num vis etiam ſupercilia ei abra
di? Mer. quid ē hoc philoſophe? quid lachrymas? mortem
ne formidas? aſcende bono animo Meni. aliud ē etiam ma
gis pōderoſum qd clamide tegit Mer. q̄d cedo? Meni. adu
lationes blandicie queqꝫ alia in vita ſunt pſ̄itura Phi. Tu
vero menippe qua gratia tuam non abicis liberalitatem ri
ſum. ac fortunam. num ceteros ſolus es deriſurus Me. et hu
iuſce tecum habeto. nam levia atꝫ vtilia ſunt et inter navigā
tes oportuna. verum tu orator deſere tantam elegantiā: co
piamqꝫ verborum queſtioneſqꝫ rōcinationes inditiones bar
bariſmos. inſinuationeſqꝫ huiuſmodi enim plura habent
plurimum gravitatis. Orator. morem tibi geram Mer. ſca
phadium ſatis ē perfectum ſolvite igitur funem a littore. an
choram a prora retrahite Tollite ſcalas. aſcendite malum ve
la ventis trahite Tu quoqꝫ o nauta dirige clavum. at quid
fletis vmbre amantes maxime tu philoſophe. an quia bar
bam depoſuiſti. Phi. non. Mer. q̄ꝫobrem? Phi. quia putaui
me immortalem. Meni. mentitur alia triſtatur re Mer. qui?

Meni. quoniam eleganter copioſeq́ꝫ quemadmodum ſolitꝰ eſt de cetero non crapulabitur neq́ꝫ nocte clanculum ſcortari. dieſq́ꝫ adoleſcētes allicere vt eas pecunia emulcere valebit q̄ꝫobrē ſumma meſticia afficitur. Phi. Tu vero menippe nihil formidas mortem? Meni. quo pacto? libens volenſq́ꝫ. ad mortem aduentaui: nemine vocante Sed inter nauigandū alte exauditur vox quorūdam a terra clamantium. Mer. ita eſt menippe. Nam qui ad ſubſellia pergūt qui lampici morte congratulantur. eiuſq́ꝫ vxor magna frequentia domum redit. at filij lapidibus ex vrbe pelluntur alij cliophantum laudant oratorem. Quidā Cratoni condunt edificia/ epitaphia Mater quoq́ꝫ damaſie cum muliebri comitatu in funus prodeunt Te' vo menippe nemo profecto plorat. ſolus venis cū ſilentio Meni non rixantes audis canes: coruos crocitantes: a quibus ſummo cum certamine humor. Mer. ſtrennuus es. Sed iam perfectus iter deſcendite vos: viaq́ꝫ recta in ius prodite. nobis vero caron pro reliquis redeundū eſt. Meni. ite bonis animis. O mercuri nos ad noſtrum iter divertamus quid tanta cum meſticia cōtemplamini ius ſubire? ius eſt. feruntq́ꝫ hic acerbiſſimas penas eſſe rotas/ ſcilicet ac vultures. atꝫ vitā cuiuſq́ꝫ examinare neceſſe eſt.)

Alexandri Magni. Hanibalis carthaginenſis Scipionis affricani maioris. Trium ſummorum ducum de artis imperatoria preſidentia contentio apud inferos ſub

Minoe iudice ex Luciano auctore greco. p Johannem Arispam in latinum conuerſa feliciter. Incipit. Alexander.

Eo libice pponi decet melior equidem ſum. Ha. ymo vero me. Alex. iudicet ergo minos. Minos qui eſtis. Alex. hic eſt hanibal carthaginenſis. Ego autem alexander philippi filius. Minos per iouem viri glorioſi Sed qua de re vobis altercatio eſt? Hani. de preſidencia dicit enim hic ſeſe meliorem q̃z ego exercitus ducem fuiſſe. Ego vero non hoc ſolum: ſed omnibus qui ante etatem mea fuerunt perſtantiorem in re militari me eſſe affirmo Minos dicat igitur vterqz pro parte virili. Tu quoqz o libice prius loquaris Hani. vnum hoc me iuuat q vt hic ſermonem grecum didicerim vt neqz etiam hac in re alexander me ſuperet. illos maxime laude dignos puto qui cũ paruũ principio fuerint propria virtute ad magna euaſere potenteſqz facti et principatu digni viſi ſunt. Ego cum paucis quibuſdam iberniam primum inuadens cum ſubconſul eſſem: optimus a fratre iudicatus maximis rebus idoneus viſus ſum. Tum celtiberos cepi Gallos deuici. at cum magnos montes tranſiui graſſem omnem. eridanum tranſcurri multaſqz ciuitates ſubuerti. et plane italiam ſubiugaui. et vſque ad ſuburbia romana graſſatus ſum. Totque vna die interfeci vt eorum annulos modijs menſurari

oportuerit. et ex cadaueribus ꝛ potens fluminibus facere atꝫ hec om̃ia peregi. Neqꝫ me deū fingens ſꝫ hoīeꝫ fatebar. pug nabamqꝫ contra duces magna ꝓuidētia ↄtra milites auda cia magna: atꝫ fortitudīe ꝑditus Non aduerſus medos aut armenios/ q̃ anteqꝫ quiſpiā ſequatur fugiunt ꝛ facileqꝫ audē ti victoriā tradunt alexander vero regni ſucceſſor. id fortune quodā ſpeculo extendit atꝫ augmentauit. qui cū vicit miſerū illum dariū apud ſuſim/ ſeqꝫ ad medorum delicias inuitari li benter tulit. atꝫ in conuiuio amicos interemit Ego autē eque patrie dominatus ſuꝫ que cum me reuocaret hoſtiū magna claſſe atꝫ libiam nauigante parui continuo. neqꝫ hominem priuatum prebui et dominatus equo animo rē tuli. Que qui dem egi barbarus natus ꝛ om̃iſqꝫ grecorum diſcipline expers Et neqꝫ homerū vt hic edidici ꝛ neqꝫ areſtotele magiſtro eru ditus. ſed ſolum mea optīa natura ſum vſus hec quidē ſunt quibus me meliorem alexandro eſſe puto. Sin vero ea cauſa hic mihi preferendus ē/ ꝙ caput dyademate ornauit. id deco rum forſan apud macedones eſt. Non tū ob id preſtantior hic videaī generoſo et duce: et viro qui mentis ſententia ma gis q̃ꝫ fortuna eſt vſus Minos hic ergo orationē neqꝫ ingene roſam ꝛ neqꝫ vt libicum decebat dixit Tu vero alexander q̄d ad hoc inquis? alexander oportebat quidem/ o minos homi ni adeo/ temerario nihil reſpondere Solum eni nomen ſatis te docere poteſt qualis ego rex ꝛ qualis hic latro habitus fue rit. aduerte tamen an parum ipſum ſuperauerim. qui ado leſcens ad huc rem aggreſſus regnum obtini. et de patris

mei interemptoribꝰ vltus ſum. at cū thebas ſubuertiſſem to
ti grecie terror fui ab ea dux electus. Neqꝫ dignum putaui
macedonū regno me contentū: qḋ paṫ reliquerat. ſꝫ totū ter
rarū orbē ſperās: durūqꝫ putans niſi rex oīm dn̄s eſſem pau
cos quoſdā agens me in aſiā traduxi: et apud te tragni cum
magna pugna vici: lidiā joniā et frigiā capiēs. et tandē que
cunqꝫ tranſiueri ſubiugans. veni ad ſuſim vbi darius me ex
pectabat infinitos exercitꝰs agens. poſthec o Minos neſcis
quot ad vos vna die mortuos miſerim. dicit enī caron tunc
ſibi ſchaphā non ſuffeciſſe. ſed ligna quedā adiungens illoꝝ
plures tranſportaſſe atqꝫ he confeci ipſe me periculis oppo-
nens: et pugna vulnerari non timens. Et que apud tirū ge
ſta ſunt omittā vſqꝫ ad indos: atqꝫ oceanū mei regni termi-
num feci. et aliorū hoīm elephantes habui poꝝ ṽo mihi cap
tiuum feci: et ſcitas certe non aſpernandos Canaim ſup trā
ſiens. Magna equitū pugna euici: et amicos oēs remūera
ui de inimicis q̄ꝫ vltus ſum Si vero deus homibus videbar
parcendū eſt illis Nam rerū magnitudie (vt tale aliquid de
me crederent) inducti ſunt. Tandē mors me regē occupauit.
hic ṽo apud bruſtambitū vt peſſimo ⁊ crudeliſſimo homini
conueniens erat exul mortuus eſt. Qꝫ ṽo italos euicie omitto
dicere Nam nō virtute ſed malicia: atꝫ pfidia doliſqꝫ id per
egit Nunq̄ꝫ aūt claritudinis alicuiꝰ: aut iuſti memor. Sed
qm̄ ꝙ delicoſe vixeri vitupauit oblitꝰ mihi eſſe videt eoꝝ que
apḋ capuā admiſerit. bellū negligēs laſciuie inſeruiebat. ego
q̄ꝫ niſi ea q̄ ſub occidente ſole ſunt parua quidē putans ṽſus

orientē me impuliſſem magnificū qđ ꝑfeciſſem nāqꝫ italiam atꝫ libiā ſine ſanguie dicioni mee adiūgens vſqꝫ ad gades facile i uiſſem Sꝫ nō digni viſi ſunt illi cōtra q̄s pugnaſſeꝫ. Tu o minos iudica. hec quidē ex multis ſatis ſunt. Scipio nō niſi me prius audies o mios Me q̄s tu vir optie es ꝛ aut vnde Scipio . italus ſuꝫ roman⁹ Meni. audiendus quidē es Sci. ego quidē o miōs hec non dicā q preferri veli. nunq̄ꝫ enī huiuſce gnīs honoris auid⁹ fui. ſ ſp eſſe q̄ꝫ videri malui nec qđ iſti vtriqꝫ fecerint ī me laudando alios vituperē. iā puero mihi oīe viciū diſplicuit. et bonis artib⁹ primis annis dedit⁹ hūanitatiqꝫ inſeruiens Scire ſolū turpe putabā. ſ ope ſp ꝑſicere q̄cq̄d magnificū a maioib⁹ natu lrīs didiciſſem conatus ſum. Itaqꝫ adoleſcens viri quartū ꝛ viceſim⁹ agens annum cū ſenat⁹ mario timore an eſſet patria relinquēda. cōſultaret in medios ſenes ꝓſiliē et ſtricto enſe hoſtē me habiturū ꝓfiteor eū quecūqꝫ deferende ſententiā patrie ꝓtulerit. q̄re dux electus non cū magno exercitu cartaginē iui atꝫ hanibalem ſecutus euici. eūqꝫ in fugā turpē verti. ac deuicta cartagine nō rei felicitate elatus ſuꝫ. eundē me amici ꝛ eundē me poſt patria habuit victorē. diuicias v̄o in bonis amicis eſſe putaui non in auro: boniſqꝫ familiarib⁹ cenſebā. nam q̄tuor ꝛ q̄nquagita annos q̄bus vixi nihil vnq̄ꝫ : aut vendidi : aut emi Et polibiū ſententiā ſecut⁹ ex foro domū non reuertiſſem niſi quenpiā mihi amicū feciſſem Et vt mercatorib⁹ pecunias lucrari ſtudiū eſt ita mihi vt adipiſceret homies oīi metallo preſtantior erat cura q̄bus q̄lis fueri lelius: ceteriqꝫ teſtari

ZENTRALBIBLIOTHEK ZÜRICH

poſſunt atꝫ ex cartagine reuerſus triumphū agens: cenſorqꝫ factus Egiptum ſiriam aſiā greciā ꝑcurri Iteqꝫ abſens conſul electus: bellū maximū confeci et numantiā cepi. atꝫ hec aliaqꝫ peregi Nunq̄ꝫ me aut in ꝓſperis eleuauit fortuna: aut in aduerſis tm̄ depreſſit quin maxia liberalitate vſus vt cū grandis auri dn̄s eſſe potueri moriens q̄ttuor: et viginti ſolum libras argenti reliqueri illud nō tacebo nunq̄ꝫ me aut iniuſtū fuiſſe: aut crudelē aut alicui⁹ generis voluptate corruptum. Et hec vt in pricipio dixi: nō ea ratione q ꝓferre veli retuli o minos Sꝫ graue erat non monſtrare vt ē omī virtutū genere ceteras gētes ſp ſupaſſe itaqꝫ vt viuus ꝓ patria pugnaui: patrieqꝫ pietatē mihi et ceteris rebus pretuli Sic nunc apd te o minos ꝓ patria dicta ſunt: Minos ꝑ iouē o ſcipio et recte et vti romanū decet locutus es itaqꝫ diſciplina militari aut hiſce equalē aut te preſtantiorē ſciam⁹ pietate ceteriſqꝫ virtutibus maxie hos ſupaſſe te ꝓferendū cenſeo Et allexander ſecundus ſit. Et tercius ſi videtur hanibal Neqꝫ hic quidē ſpernendus eſt.)

Finis.

Impreſſum Liptzik per Jacobum Thanner Herbipolenſem. Anno ſalutis noſtre 1.5.0.0.